ISIDORUS HISPALENSIS ET VARIA
10. bis 11. Jh.
Seite 179r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=933
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Sunt autem et quedam maria quę non miscentur oceani fluctibus aut mari magno et dicuntur lacus et stagna. Lacus est receptaculum in quo aquę retinentur nec miscentur fluctibus. unde lacus assimilatur uel lacus penacus et largius et certum quis giri lum. i. stagnos uocant. Hi fontes labuntur in fluuius fluminum infreta discurrunt. Lacus stat in loco nec profluit et dicitur lacus quasi aquę locus. Lacus assfalti. i. idem et mare mortuum uocatum propter quod nihil gignit unum nihil recipit ex gente uiuentium. nam neque piscis habet neque assuetas aquas alias mergendi usu patitur auis. si; aequę cuique uiuentia mergenda tempestatis qua cumque arte demersa statim resilunt et quantus uehementi inlisa. et festinet exeuntes. si; neque uentis mouentur resistente tibimbitumine quod aquę omnis stagnantes neque nauigationis patiens. et omnia uita carentia in profundum mergunt nec materiam ullam sustinet nisi quod bitumine illustratur. Lucernam accensam fertur supnatantem extinctio demergi lumine. hoc mare salinarum dicitur siue lacus assfalti. i. bituminis. et est inuidia inter hiericho et goroiam hoaran. longitudo eius usque ad zoarros arabie dirigitur stadius septingentos octoginta. latitudo stadius. c. l. usque ad uicinia sodomorum.

duo de uiginti in longitudinem quinquiliatum

Lacus tiberiadis ab oppido tiberiadi uocatur. quem quondam herodes in honore tiberii cesaris edidit. Est autem in iudea omnibus lacis salubrior. et ad sanitatem corporum quodam modo efficatior. circuit stadia. Genesar lacus amplissimus in iudea longitudine. c. xl. extenditur stadius. latitudinis. xl. diffunditur. Crispantibus aquis aura uentis. si; de se ipso si exceptans. unde et genesar dicitur geo uocabulo quasi generans aura. Denique propter diffusiora spacia lacus frequentibus auris spiramentis agitatur. unde et purior haustus est. et ad potandum dulcis et habilis. Venatus lacus italię iuuentus de quo fluuius nascitur minutus. quem lacus magnitudine sui tempestates imitatur marinas.

Lucerinus et auernus lacus campanię sunt. Lucerinus autem dicitur quia olim propter copiam piscium uertigalia magna prestabat. Auernus autem lacus uocatur quia aues ibi supuolare non possent. nam arbores siluarum densitate sic ambiebantur ut ne alamitis inde per angustias aquę sulphureę odor quassim supuolantes aues halitu suo necarent. quam rem augustus cesar intelligens deiectis siluis expestilentibus amena reddidit loca. Lacus autem idem stagnum diuisa aquę uenit. nam dicitur stagnum